

se summa rerum habeat, quam pacati inter se domini nostri reges sint, id est filii Iludovici, qualemque pacem ad consobrinum suum filium K. conservent: quia nos habitatores Italiæ, et potius inquilini, seu, quod potissimum veritas ipsa testatur, præda nunc horum, nunc illorum, ægre nimis expectamus, donec inter se concorditer adinveniant cuiusam provinciam istam concedere velint: ut illi, prout oportet, singulariter subjiciantur: cæteris etiam, in quibus possumus, laeti serviamus. De sospitate sanctitatis vestræ certum me reddere velitis, et vestris Romanis pergentibus, seu reliquis pro sua necessitate Italiam petentibus intimate, ut ad me divertant, et in vestro honore eis aliqua impendam subsidia: et de situ sanitatis vestræ lastificabor, et vos de me, ut credo. In vestram jucundam et pigmenta ac medicamenta, quæ vobis congrua puto, vestræ dilectioni dirigere curabo. Munuscula quæ modo fuerunt ad manus vestræ dignitati direximus, hoc est palliolum diacordinum et aliud cocaineum, tertium saphirini coloris, stragulas duas, duos ramos palmarum virides, et partem amigdalarum et thymata novum. Quod si oportunum vobis est, obsecro, ut unum admissarium generosissimum, celeritate et forma, quin et animo præstantissimum et alacrem, mihi fideli vestro dirigatis. Simil quodcumque volueritis grandioris pretium in iungentes, ut puto, ad vestram voluntatem paratis: in.

**XXVII. Responsio precedenti epistolæ, qua status regum et regni exponitur.**

Nobilitas et religionis summi sacerdotij dignitate sublimato N. illi Ecclæas pontifici N. illius Ecclesiae indignus episcopus. Comperita sanctitate dulcedinis vestræ multum in Domino gavisus sum, sed et gaudeo et gaudebo. De perturbatione vero Italiae tum propter vestram et Ecclesiarum Christi inquietudinem et vastationem, tum etiam propter nostra detimenta nimium contristamus: quia pauperima et arida provincia nostra quid amplius habitura est matre divitiarum suarum direpta. Sed Dei misericordia condidit hanc tempestatem in brevi serenandam; nam sicut demandastis mihi ut de regni pace et statu vobis certi aliquid significarem, et qualem pacem ad invicem conservarent tres fratres filii nostri domini Iludovici, et utrum nepotem et consobrinum, immo compatriotæ suum filium K. in societatem suam accivissent? Notum facio dilectioni

A vestræ quia tres illi fratres ita se in ictu charitate complectuntur, ut summam Trinitatem inter illos diversari credamus. Adeo omnia quæ ad illos seu privato, seu publice pertinere videntur, humanas res et vota supergrediuntur: et unusquisque eorum si possit, et potest fieri, plus alios quam seipsum diligit et diligeret. Et dominus quidem K. cum fratre III. Iludovici junioris, id est Galliam Lugdunensem et Treverim eum omni Mosellana regione, nec non Agrippinensem provinciam et Burgundianam inter se dividendas acceperunt. Italianam vero et Tusciam et omnem Campaniam domino K. regendas commiserunt, qui etiam modo sanitatem indulta et indepta quantocum vos per gratiam Dei visitabit, et omnem adversarum et prædonem de vestra provincia fugabit. Ineffabiles vestras liberalitatibus magnis exquisitis muneribus quæ mihi diligere curastis. De cavallo quem me expostulasti, scilicet quia præstau-tissimum vobis mitto,

B Illorum de gente patrum, quos Dedala Circe Supposita de matre nothos furata creavit.  
Vincit. vii An.

Quod ne fabulosum existimetis aerius ei color in-natus hoc verum esse comprobat. Qui pervicat Cillarum, animositatem Rhebum, mirabilis singularitate Bucephalum antecellat, et generosissimos pullos faciat: qui procul odoretrum bellum, et gaudent ad vocem tubæ, et cum sanguineam pugnam videat, dicat Vah: qui montes oppositos leitus et alacris exsu-peret, et fluvios rapaces iunat, et latissimos lacus transvadet.

C Belgica vel molli melius ferat Eessa collo,  
Vincit. iii Georg.

et humano sensu cognoscat quomodo sub quolibet homine se gerere habeat: hoc est sub juvenibus et indisciplinatis transversus et supinus, sub senioribus vero et gravibus humilis et rectus incedere norit. Debetis autem farre pascere, non siliquæ fabarum et lupinorum, seu frondibus cerrarum et queruum. Debetis autem puro aquæ et liquido fonte potare, non potentibus aquis ut vos eas nomine dicitis. Si haec ei facitis, omnia quæ dixi et amphora in eo iuven etis; si vero haec negligitis, et curam illi subtrahitis, im-munis ero a mendacio, qui vobis bonum eum direxi, et qualiter habere deberetis instruxi. Vos autem vobis ipsis, aut ministris vestris de ejus vili. Cetera desunt.

## FORMULÆ INEDITÆ.

### EDITORIS PATROLOGIÆ MONITUM.

Formularum quindecim, quas jam edituri sumus, quinque priores ex manuscriptis Bibliothecæ Regis exscriptæ sunt; decem alias mutuati sumus, si tamen ultimam excipias, de qua suo loco dicetur, a Codice olim Pithœano, empto postea, id est anno 1837, a plissimo simul ac doctissimo sacerdote, nomine Michel, cathedralis ecclesiæ Nancii parochio, post cujus obitum, vendente ipsius nepote, manu-scriptorum publico-rum thesauris accessit, siveque omnium juris factus est. Has quidem formulæ ex supradictis fontibus iam-pridem expressæ, recensuit, ediditque in Collectione monumentorum ab ipso elucubrata cui titulus *Bibliothèque de l'École des Chartes*, dominus Pardeus, academiæ Inscriptionum humaniorumque litterarum sodalis, vir antiquitatis peritissimus, deque litteratorum republica, si quis alius, optime meritus. Cujus ann. adversionibus, ad incidentem nostram penitus revocatis, proprias annotationes condivimus.

#### I. *Sine rubrica.*

(Biblioth. Royale, ancien fonds, 4627, f° 20 v° 21 et r°.)  
Anno illo, regnum domino nostro illo rege, in in-

D se illo, dies tantus, vir laudabile defensore et omnem curiam illius civitatem. Vir magnificus ille prosecutorum dixit: Peto te optime defensor et usque lau-

<sup>a</sup> Haec formula necessaria relatione sequenti con-nectitur: prior enim, numero xxxix signata in

ms. 4627, instrumentum exhibet quo Actorum in regestis curiæ insertio declaratur; posterior, mar-

dabilis curialis ut mihi Codices publicus <sup>a</sup> pedire jubeatis, quia <sup>b</sup> alio alico que gestis prosequere debeam. Vir honestus ille defensor et curialis dixerunt : Patens tibi <sup>c</sup> quod dicis publicus ; prosequere que obias ; dicere non moraris. Ille prosecutor dixit : Vir inluster ille, per mandatum tuum mibi rogavit atque injunxit ut igara ad civitatem illam et cartolam cessionis aut dotis quem de res suas ad illam ecclesiam aut ad illam feminam adfirmavit, ipsa apud defensorem vel omne curia illius civitatis debere adfirmare et gestibus alegare. Ille defensor et curialis dixerunt mibi <sup>d</sup> datum quem in te conscriptum habere dixit, non nobis presentibus recidetur. Ille professor et hoc modo recidavit.

### II. • Mandatum.

(*Ibid. f° 21 r° et 22 v°.*)

Vir magnifico illo, ille. Bogo et supplico caritate tua ut bias ad illa civitate, apud cartolam cessionis aut dote quam de res meas in pago illo, in loca que dicitur illas, ad illa casa Dei aut ad illa feminam adfirmavi; ipsa cessione aut dote apud defensorem, vel omne curia illius civitate debebas adfirmare et gestibus allegare, ut quicquid exinde hieris gesse risive, me in omnibus et ex omnibus <sup>e</sup> raptum et aptum, adfirmatum et in omnibus definitum apud me esse cognoscas ; et ut hec mandatum per te firmiore retineas, manu propria subter adfirmavi, et qui subscripterunt vel signaverunt in presente ro-gavi.

### III. • Prologus de cessione.

(*Ibid. f° 21 v° a 23 r°.*)

Christianis fidelibus pia exortatio prouinialis, hoc etiam illa tonuturalis euvangelistarum vox, sancto suggerendo spiritu, sua potestate concelebrat, aut faciat unusquisque in pauperes elemosina qui vult tarbare evadere supplicia ; unde et Dominus in Evangelio dicit : *Vende omnia que habes, da pauperibus, et habebis thesaurum in caelis.* Pensemus ergo omnes Christiani quanta sit pietas et largiores redemptores, ut per elemosina pauperum prouiantur nobis thesaurum et regna celorum. Procuremus igitur sicut Dominus et Salvator noster precepit ; in quantum possumus elemosina faciamus. Nemo itaque dubitet et nemo tardet, quia si nos facimus quod Dominus et Salvator noster ipse precepit, ille sine dubium facturus est nobis quod misit. Ait enim Scriptura : *Abscondite elemosina in corde pauperis*

datum quo illa requirebatur insertio. Quamvis autem duæ illæ formulæ non circa aliud thema versentur quam formulæ LV et LVI Marcullianæ appendicis, sive II et III editionis Sirmondi, ab his tamen stylis diversitate ita distinguuntur ut sua individualitate (venia sit verbo) minime fraudentur, novo testimonio istud confirmantes, nempe, curias sub regibus Merovingicis, quædam sibi vindicasse quæ ad jurisdictionem voluntariam pertinebant.

<sup>a</sup> In aliis id genus formulæ legitur patere, certe melius ; cum autem Codex manuscriptus pedire, ne una quidem deficiente littera, exhibeat, nullus superest dubitandi locus. Fons illa vox aliquando in usu fuerit pro patere : quæ tamen conjectura hoc uno exemplo initior, quin alterum ex ulio monumento vel lexico arcessiri possit.

<sup>b</sup> Certe legendum habeo.

<sup>c</sup> Procul dubio legendum est patent codices, quod certe amanuensem minime latuisset, modo litteras vel primoribus labris attigisset. Unde mihi suspicari subit, eundem, duce tantum ignorantia, pedire pro patere scriptisse superius.

<sup>d</sup> Lege mandatum, cuius vocis prima syllaba, man scilicet, forsitan in manuscripto Codice per literam m, signo abbreviationis superscripto, fuerit expressa, sive obtusum amanuensis acumen effugerit.

<sup>e</sup> Vide notam (<sup>4</sup>) formulæ precedentis.

<sup>A</sup> et ipsa pro te deprecabitur Domino. Abscondamus ergo elemosina in corda pauperis ut perveniat nobis deprecatio pauperum ad remissionem peccatorum <sup>b</sup>.

Igitur ego, in Dei nomine ille, venerabilibus fratribus illo et illo. Admovit mihi amor Domini nostri Ihesu Christi et desiderium de illo paradyso ubi iusti habitant, ut me Dominus ibidem participare dignetur, seu et timor gehenne, ut me exinde Dominus eripere jubeat ; propterea cedo vobis ad die presenti, ad mea elemosina faciendo ad pauperis, vel a sacerdotibus, ad missas canendo, dispensando, cessumque in perpetuo esse volo et de juro meo in jure et dominatione vestra transcribo atque transfundō, hoc est : res proprietas meas, tam in civitate illa quam et foras in ipso pago, seu et in alias. Habent ipsas terras cum omni superpositus de longo tempore ; similiter in latus et in frontis. Subiungit de ambobus frontis et de ambobus latus terra illius : ipsas res et casas superpositis ad integrum seu et vineis in opidum civitatem illius cum terra proprietatis mei ; habet ipsa vinea arpennes tantos ; subiungit de ambobus latus et ambobus frontes terra illius : etiam et in ipso pago in agro illo portione mea tenui terris, mansis, domibus, edificiis, vineis, <sup>f</sup> olicis, silvis, campis, pratibus, pascuis, aquo aquarum recursibus, quicquid in ipsa loca portio mea est, totum et ad integrum, rem inquisita et alia rem quantumcumque visus sum habere aut in antea laborare potuero tam peculium presidium utriusque generis sexus, aurum, argentum, drapalia, ceramem, usentilia, mobile, et in mobilibus quicquid dici aut nominare potest, ubicumque jus sursum habere medietate ad integrum, ita ut ab hodiernum diem habeat, teneatis et in mea elemosina dispensando liberam et liberissimam ad die presente in omnibus habeatis potestate faciendi. Si quis vero, quod nec fieri credo, si ego ipse aut aliquid de heredibus meis vel ullus quislibet ulla opposita persona qui contra hanc cessione ista venire conaverit, et a me vel heredibus meis defensatum non fuerit, infernus vobis, una cum socio fisco auri uncias tantas, argenti pondo tanto esse multando ; et presens cesso ista omni tempore firma permaneat.

### IV. • Securitas.

(*Ibid. f° 25 v° et 26 r°.*)

Dum inter illo et conjugia sua illa, non caritas

<sup>f</sup> Inter additamenta quibus Ducangianam collectionem auxere Benedictini, monumentum quoddam videlicet est, anno 1203 assignatum, in quo ratum pro raptum ponitur, idque non semel alibi factum, allatis exemplis probat Carpicularius. Hoc autem loco, vice versa, rapum pro ratum usurpari videtur.

<sup>g</sup> Habes hic formulam donationis societati religiosis factar, multarum similem quas in collectionibus diplomaticis reperiire est. In Codice 4627 bifarium partitur, numero XLII signata.

<sup>h</sup> Haec verba, ad remissionem peccatorum, quamvis in Codice majoribus, iuxta et purpureis litteris, instar rubricæ scribantur, tamen ad phrasis integritatem perlinere videntur, ideoque eodem ac reliqua charactere a nobis expressa sunt.

<sup>i</sup> Inde satis patet, hanc formulam vel loco in occidentalí parte Gallie sítu fuisse destinatam, vel saltem ab exemplari donationis facta in regionibus oliveris expressam.

<sup>j</sup> Haec formula, in manuscripto Codice numero XLVII signata, trigesimæ libri II Marculli ad litteram consonat, rubrica tantum excepta, quæ apud Marcullum duabus constat vocibus, nempe : *libellum repudiæ*, cum in exemplari nostro una tantum voce legatur : *securitas*. Cum autem divorciis consuetudine sub prima regim nostrorum stirpe obtinuisse, non nisi paucis formulæ comprobetur, hac etiam recu-

secundum Deo, sed discordia regnat inter illos, et ab hoc pariter conversare minime possunt, placuit utriusque voluntas ut de hac consortio severare deberent, quod ita et fecerunt. Propterea has epistolas inter se uno tenore conscriptas fieri et adfirmare decreverunt, aut uniusquisque ex ipsis, sive ad servitium Dei monasterio aut copolare matrimoniū sociare voluerit, licetiam habeat, et nulla requisitione et hoc de parte promissa nihil habere non debat. Si quis vero, si aliqua pars ex ipsis hoc immutare voluerit, inferat pari suo auri tantum, et decreverunt a proprio consortio siquistrare in eam quam elegerint parte permaneaut, stipulatione] submissa. Actum illo.

V. b *Incipiunt relati.*

(*Ibid.* 4405, f° 259.)

Quocies quippe causa ministrantes naufragium evenit destitutio cartarum, quod hoc publicis auribus est intuendum, ut qualitor corrumpi a dispositionib[us] eveniens occasionibus non debui modolari, ob hoc igitur occasum aut eveniente contigit ut domus illius infra urban villa nuncupante illa a malis hominibus ad incendium fuisset concremata, de qua re inter reliquias res meas dispendium, et instrumenta nude presenti tempora mea possessio esse videtur, tamen vendiciones, adffiliaciones ejus, commutaciones vel qualibet instrumenta cartarum a me noscitur per venisse ibidem infra ipsum dominum ferunt combursas. Ideo supplico te, vir apostolice, civitatis illius pontifex, domine episcope, cum tuis venerabilibus abbatibus, vel vos qui de parte publica curam vel sollicititudinem habendi positi estis, ut si se dederit usus causandi adversariorum iniuriorum meorum.... et vestris intercedentibus verbis, dominicis auribus inveniantur, ut per suum regimine nostra in omnibus declaretur justicia.

VI. c *Sine rubrica.*

(Ms. de M. l'abbé Michel.)

III. rex Francorum, vir inluster. Patriciis, comitibus, tolenaris vel omnibus curam publicam agentibus. Seu oportuna beneficia ad loca sacrarum ecclesiārum vel sacerdotibus præstare non desimus, hoc nobis procul dubio in æterna beatitudine retribuere confidimus. Igitur cognoscat magnitudo seu utilitas vestra quod nos ad peticionem apostolico viro illo,

denda minime supersedendum duximus. Sit uenienti formula XIX eamdem quam supradicta Marculli rubricam exhibet, illi et nostræ sensu, non autem stylo similis.

<sup>a</sup> In Codice manuscripto formulæ XXX legitur separare, unde postea, corrupta latinitatis forma, severare factum est; si quis autem ab hac voce verbum nostrum serer ducere voluerit, libenter assentiemus.

<sup>b</sup> Hæc formula, quamvis nihil novi præ se ferat, multisque scateat mendis, eo saltem jure prelum sibi vindical, quod ante hac inedita, in manuscripto quasi lateret, cum duabus tantum aliis, jam in lucem vulgatis. Cæterum collectiones diplomaticæ nominalis exhibent formulæ ad supplenda instrumenta necessario quolibet casu abolita pertinentes.

<sup>c</sup> Hanc formulam dominus Michel, in tercia Codicis sui parte litteris Merovingicis exarata am asserit, quam et alter Codex, olim Pithœanus, nunc in Bibliotheca Regia servatus, N. 2123, vix abo textu decriptam habet, fol. 150, r<sup>o</sup>, ubi numerum XLVIII inter formulas obtinet. Eadem formula, a Lindenbrogio editæ, numerus XII in cruditi viri formulario præfixus est. Textus autem Lindenbrogianus a textu supradictorum codicium, si initium formulae utrinque exploretur, in paucis minimisque discrepat, ut ex subjectis variantibus lectionibus patchit.

<sup>d</sup> Lindenbrogius legit *almitas*.

<sup>e</sup> *Urbis Lindenbrog.* et Ms. 2123.

A illius orbis <sup>f</sup> entestate, tales propter nomen domini ejus meritis compellentibus beneficium prestetisse, cognoscite ut annis singulis de carre tanta quo ad lumina ià conputandū ad Massilia vel per reliquias portus infra regno nostro, ubicumque missi sui mereare videntur, vel pro reliqua necessitate discurrant, hoc desolvere non debeant. Propterea per presentem præceptum decernimus, quod perpetualiter mansurum esse jubemus, ut nullo tolloneo de ipsa tanta carre ipsius pontificium neque in ipsa Massilia, <sup>g</sup> Teloneo, <sup>h</sup> Fussis, Arlati, Avinione, <sup>i</sup> Sugione, Valencia, Vien[næ] Cabillonno, vel per reliquias ciuitates aut i paucos, ubicumque in reg[no] nostro teloneos exigatur, nec de navale, nec de carrale evectione, nec [de rotativo], nec pontatico, nec pulveratico, nec salutatico, nec Crispitatico, nec de saumariis, nec de eo quod homines eorum ad dorsum portant nec ulla] redibucione quod fiscus noster exinde poterit sperare, nec [vos] ju[niores] aut successores vestri de ipsa tanta carre eidem no[n requiri] ratis nec exigatis; sed omnia et in omnibus hoc propter nomen Domini ipsie pontis sex vel successores sui aut memorata ecclesia domini illius i hoc indulatum vel in luminaribus ipsius sancti loci proficiat: quam vero auctori[tas] ut perpetuis temporibus valutram propria manu infra decrevimus (roborare).

VII. k *Indiculum ad maiorem domum.*

(*Ibid.*)

Domino inclito procerique palacio regalis ornatum adque catolicæ universal et [in] Christo filio illo maiorem domum, ille, ac si peccator, tamen Deo misericordie episcopus. Culminis vestre agapem nostra extremitas paginale comodo salutis inquirat, in eterna dilectione verum demonstret caritatis affectum. Idcirco salutationem in una qua decet cum eulogias peculiaris patroni vestro domini illius per presente servo vestro filio in Christo illo, celititudine vestrae destinare præsumsimus, per quam humiliter petimus ut cum affectu a vos recipiantur, quot sunt a nobis amore distincae; remeante vero eodem de vestra proprietate precipio, cum paginale adloquium cognoscere et letificare mereamur.

VIII. l *Indiculum ad propincos.*

(*Ibid.*)

Domina Deo sacra et milbi carnaliter genetricet et

<sup>f</sup> Hanc vocem T majori donandam judicavimus, ut pote quæ civitatem Gallice *Toulon*, Latine autem *Teloneum* appellatam significaret. Cui vero libebit *Teloneo* interpretari quasi vocem aliquius Massiliæ regionis determinativam, quod nobis minime probatur, illi pars civitatis designabitur, portum complectens, ubi *Teloneum* solvebatur.

<sup>g</sup> Vicus nostrajibus <sup>h</sup> os nuncupatus, quem Druentia præterfluit.

<sup>i</sup> Hic designatur civitas cui nomen vernaculum *Sisteron*. Melius sane scriptum fuisset *Segustrone* vel *Segesterone*.

<sup>j</sup> Nonne rectius legeretur *Pagos*? — Hic notandum venit quod, a vocibus *de ipsa tanta carre* ad finem usque formulæ, textus Michelini Codicis toto coelo differt tam a textu Codicis 2123 quam a Lindenbrogii edito, dum et contra mire consonat capiti xviii Gestorum Dagoberti, ubi intentio sit privilegii ab ipso Dagoberto monasterio Sancti Dionysii concessi, cuius instrumentum non superstet.

<sup>k</sup> Lindenb. et ms. n. 2123 add. *habeant*.

<sup>l</sup> Hæc formula, nec sane lectu dignissima, nec multum formulæ XVIII primæ seriei Baluziana; assimilis, in secunda parte manuscripti domini Michel tertium locum obtinet.

<sup>m</sup> Id genus formulas exhibet jam citatus dominus Michel Codex, in prima parte quæ ex collectione Baluziana mutuata est. In secunda autem parte ejusdem Codicis quartum ordine locum obtinet.

eplo superna largiente gracia officium pasto-  
Christo sanctæ Ecclesiæ filia illa ille peccator  
nos. Commonet nos et affercio carnalis amoris  
leitudo pastoralis eure, ut de vobis sim semper  
us. Idecero has apices parvitatibus meæ ad al-  
m vestram direximus cum eologias peculiaris  
i vestri, domini illius, per quam petimus ut et  
orare diguetis et quod, Deo mi-erante, circa  
tur, nobis per vestro... et presente missio in-  
tre jubeatis.

**X. <sup>a</sup> Carta commutationis.**  
(Ibid.)

I convenientibus partibus placida definitione  
erit, cum honorum hominum fuerit subscir-  
firmatum, tunc nec immutandi tribuitur occa-  
sione ulla consurgitur virtus litigii; et idcirco,  
is congruentibus, pro commune compendio  
convenit inter illas et illo ut arcam sibi ab  
i oportunas in <sup>b</sup> orumuram commutare deberent,  
re illo; quas arcas eum ingressus egressusque  
sibi in invicem tradiderunt, ita ut unusquis  
nam accepit habeat, teneat et perpetuo jure  
opificio posse deat, vel quicquid exinde facere  
habeat liberam potestatem. Sig.

**X. <sup>c</sup> Praecaria.**  
(Ibid.)

huis suis illis et ille. Et quia inscius non ha-  
quod genitor noster in re vestra manere di-  
r, et præcariam vobis ferit quam nos simili-  
ovamus et signanter firmamus, ut nos ibidem  
vestra manere permittat humiliter postula-  
led ne possessio nostra vobis heredibusque  
præjudicium inferat, hanc præcariam vobis  
imus, spondentes quod si illo unquam tem-  
tijus cartulae condicionem oblixi, in quibuslibet  
diss aut ubi a vestris eeditibus ex vestro præ-  
uerimus imperati, non procuraverimus cum  
bodientia adimplere, aut hoc quod possede-  
re vestrum esse dixerimus, tamquam præva-  
nprobos juxta legum severitatem vestris par-  
impouamus, et nos ipsos exinde projeciendos  
ullius judicis interpellatione integrum pœna-  
blrium: hæc stipulans stipulati sumus, atque  
ous ac qualcumque legis mentione firma-  
Et si hæc præcariæ dinuus renovata non sue-  
ique alia per triginta annorum spacia seu  
i, integrum obtentiat firmitatem stipulatione  
l.

collectionibus formularum nonnullæ repe-  
quæ ad commutationes pertinent. Hanc ordi-  
niam exhibet secunda pars Codicis Miche-

rbum in suo Codice informe sic divinare ten-  
tamus Michel. Certe locus aliquis hic desi-  
sed quis sit vix possimus conjicere; nisi  
ntelligamus, quæ in testamento ad annum 721  
do, et alibi, Sine-muro nominatur.  
genus formulæ sèpius in collectionibus diplo-  
occurunt. Porro per præcariæ non res, sed  
stum rei concedebatur, quorumdam officio-  
i redditum debitione donatarii imposita:  
entiendum de beneficiis.

e lectio domino Michel, non tamen sine ali-  
tiatione, probatur. Forte ambastia ambastium  
ages ambagium, sicut forma proximal, ita  
onsonat, et hoc significat quod altercationes  
(contestationes): sic enim ambages interpretatur  
ius.

cariorum instrumenta singulis quinquenniis  
tantur, ne quis scilicet diurniorem posses-  
ad ipsum proprietatis jus præscribendum  
tur. Plerisque autem id genus instrumentis  
speciali cavebatur ne, vel deficiente ren-  
aliud præter jus præcarium possessor ha-

A

**XI. <sup>a</sup> Mandatum.**  
(Ibid.)

Domino magnifico fratri illo illo. Rogo injungo-  
que caritati tuae ut ad vicem meam Beturegas ci-  
vitatem accedas, et apud defensorem vel curia pu-  
blicam epistolam donationis, quam de omne corpore  
faculta:is meæ ad monasteria aut ubicumque mea  
decrevit voluntas conscripsi, gestis inunicipalibus  
facias allegare, et quicquid exinde egeris gesserisquo  
apud me ratum et beneplacitum esse recognoscas,  
et de prosecutione celebrata mihi rescribere no-  
gravelis, stipl.

B

**XII. <sup>a</sup> Securitas.**

(Ibid.)

In Christo Filio illo, ille episcopus. Non est inco-  
gnitum quod res nostras, quas ex benignitate Dei  
percipimus, aurum, argentum, vestimenta vel reli-  
quæ species quas in <sup>b</sup> recistario nostro.... (notæ  
tironianæ).... in tua dominatione habuisti, in omnibus  
apud nos rationem deduxisti et in nullo te inve-  
niimus neglegentem; propterea hanc securitatem tibi  
emisisimus, ut omni tempore exinde ductus et securus  
resedas, tam tu quam et juniores tui, et nullam  
de heredibus nostris vel ecclesiæ nostræ successo-  
ribus pertimescas retentio. Quod qui adtempta-  
verit et conaverit facire, inferat vobis una cum  
sacratisimo fisco auri libram argenti pondus, et  
præsens securitas firma permaneat stipulatione.

C

**XIII. <sup>a</sup> Ad archepresbyterum instituendum.**

(Ibid.)

In Christo venerabili fra:ri illi, ille archidiaconus.  
Conspicua fide et conversatione tua seu et sollertia  
mentis, ideo committimus tibi vice illo, res ejus, ac  
ministerium hujus in Dei nomine credimus præpon-  
endum, ut ibi archepresbyterie curam indesinenter  
agnoscas, serves composita, diruta restaures, popu-  
lum tibi commendatum assidua foveas prædicatione.  
Ita age ut ordinationem nostram ornas et in antea te  
reprobum inveni non patiaris, sed meliora tibi  
communicentur.

D

**XIV. <sup>a</sup> Sine rubrica.**

(Ibid.)

Anno XIII regni domini nostri illius glorioissimi  
regis, sub mense illo, gesta habeta apud virum  
laudabilem defensor necnon et ordo curiæ adstanti-

beret: quod et in nostra formula factum est.

<sup>a</sup> Huic formulæ tredecimus locus tribuitur in  
secunda parte Codicis Michelini. Mandatum vero  
continet, quo quis apud curiam exhibito, regestis  
inseri requisiverit instrumentum donationis quale  
in formula II superiorius adumbratur. Forte etiam  
hoc mandatum ad formulam XIV, infra edendam  
respicit.

<sup>b</sup> Hæc formula in secunda parte Codicis domini  
Michel quatuordecima numeratur. In formulariis  
editis alias occurunt formulae securitatum delibera-  
tionis in quinque a personis rationum reis sive depositarii  
habitarum.

<sup>a</sup> Huic lectioni assentit dominus Michel, quin tamen  
omni hæsitatione careat. Hac autem voce, quocumque  
modo scribatur, certum est locum deposita servando  
destinatum significari.

<sup>i</sup> Id genus formulas in collectionibus editis non  
novimus. Huic autem, in secunda parte manuscripti  
Michelini, locus quindecimus tribuitur.

<sup>1</sup> In Codice domini Michel præcedentem nostram  
subsequitur hæc formula, notæ tironianæ quinque  
linearum spatio intercedentibus. Ibi vero antiquioris  
litteris carolovingicamque ætatem prodentibus  
exarata videtur; cæterum ejusdem generis est ac  
formula I superiorius edita. Videsis notam (').

bus honoratis vel curialibus necnon <sup>a</sup> garesis qui viceum magistratus agere videntur. Ille dixit : queso a te, optime defensor, vel vos; ordo curie, ut mihi codecis publicus patere præcipiat quis habet eorum allegationem cupio robore. Defensor et ordo curie dixerunt : pateant tibi codecis publici in hanc civitatem, ut mos est ; procequerent quae opes. Vir iniquis ille dixit : rogator meus ille per mandatum suum superavit donationem illa quia in basilica domini illius vel nepote suo illo pererogavit ut ipsam donationem apud laudabilitatem gestis municipalibus debiam allegari. Defensor et ordo curie dixerunt : mandatum idem quod te habero dicit in publico proferatur et ibidem recensetur quae recentendum rogasti. Quo recentio, defensor et ordo curie dixerunt : quia donationem vel mandatum legaliter concriptum est et recitatum, quid adhuc amplius vis sine tua injuria ac dicere non moreris. Ille dixit : quia donationem vel mandatum solenniter conscriptum nobis est recitatum, specialiter reto, ut possit esse in integrum firmatum, gesta haec manus vestrae subscriptionibus roboretis. Et defensor et ordo curie dixerunt : gesta, sicut nos est, a nobis specialiter constat esse subscripta ; quid adhuc amplius vis, vir magne ? Ille dixit, quod gesta, cum fuerit conscripta que a vobis subscripta, mihi ex more tradatur.

## XV.

[ Hanc formulam ex Codice Bibliothecæ Regie n. 4629 exscriptam, ne uno quidem spica neglecto, edimus. Nec fateri riget, nobis in hoc prestante viam stravisse facemque prætulisse doctissimum Pardessus, qui primus supradictum Codicem exploravit, descripsit, ipsamque formulam ex illo erat u'gavit anno 1810.]

Consuetudinis lege indugentia prestans ut quo ciensq; unicuiq; instigate parte adversa vel per neglectum a iq; casu fragilitatis extiger' oportet cū auribus publices innotisci. Igit' opti

<sup>a</sup> Forte legendum juratis, quod quidem in medio ponere volumus, non ultra modum conjecturæ nostræ indulgentes. Quidquid autem de nomine statutur, viros curialibus adjunctos aut curiam viarios hic designari constat.

<sup>b</sup> Hic observat dominus Pardessus amanuensem nitidissime scripsisse custo, quibusdam litterulis syllabas ut superpositis, quas ne, vel rio, vel etiam ria interpretari licet. In hujus itaque vocis divinatione, ut ipse fatetur, cœcuntis, albo tantum spatio ipsam notare in sua interpretatione maluit, quin tamen omnibus conjecturis abstineret. Si enim, inquit, cuncto legere volueris, tunc verba illa cuncto clerorum tibi intelligere licebit de collectione, custo, sive congregatiōne sacerdotum ecclesie Sancti Stephani, cui præter Metropolens titulum, forte et pars aliqua jurisdictionis voluntariae ad curiam pertinentis com-

A me defensor uel curia publica seu et custo clerorum sancti stephani ac viris magnificis bitorice ciuitatis Ego illi emauens in pago bitorico in villa illa enguercatis obtine defor ille bitorice ciuitatis seu et illo profensore vel alie quāpluris me obdilemēbro illi propterea sugerendo vobis dipozen ut pietatis uiri triduum apensionis secundū lege consuetudinis quod ego ibidē custodiu pie tatis uræ mihi affirmare deberitis quod ita et fecistis ut de id quod in ipsa struūta habebat insertum tunc tempore nostre misericordiæ nostra defensione ut adiutorium ut lxx periat erigat potius qua in ledat stipulatione subnexa.

Quod sic legendum in'erp̄etrandumque arbitratur eruditissimus Pardessus (Bibliothèque de l'Ecole des Chars, tom. I, pag. 219) :

Consuetudines legum indulgentiam præstant ut quotiescumque unicuique, instigante parte adversa, vel per negligentiam aliquam, causa fragilitatis contigerit, oportet eum auribus publicis innotesci. Igitur, optime defensor, vel curia publica seu et <sup>b</sup> ... clerorum sancti Stephani ac viri magnifici Bituricæ ciuitatis, ego illi commandens in pago Bituricæ ciuitatis, seu et illo profensore vel alii quam plures, me obdile, viro <sup>c</sup> illo : propterea sugerendo vobis dipozen ut pietatis vestri triduum apensionis, secundum legem consuetudinis quod ego ibidem custodiu pie tatis vestrae mihi affirmare deberitis, quod ita et fecistis ut de id quod in ipsa instrumenta habebat insertum tunc tempore vestram misericordiam nostram defensionem velint adiutorium ut lex non pereat, erigat potius quam int̄edat stipulationem subnexam.

C petebat ; si autem, addit ille, superioribus signis <sup>d</sup> custo insertis, curia legere tentaveris, eudem sensim efficies : curatus enim Duxangio accipitur pro curia, senatus.

<sup>e</sup> Signum illi., in manuscripto Codice exaratum, illustri vel illustrissimo posse interpretari mones dominus Pardessus, quem tamen inspecta crassorum litterarum vestigia inoverunt ut conjiceret, prium quidem illustri scriptum fuisse, hoc vero amnus sem spontanea characterum erosione corrixisse, ut litteris superscriptibus pronomen illo (Gallie un loc repræsentaretur. In formulæ enim, generaliter in quando, nomina propria nec reperiunt nec reperit debent, ad essentiam enim illarum pertinet ut personis et locis quibuslibet accommodari possint. In plerisque igitur id genus instrumentis, nominibus propriis pronomina ille, illa substituuntur.

<sup>a</sup> FORMULÆ ANTIQUÆ

## DE EPISCOPATU,

## QUARUM OLIM USUS FUIT SUB PRIMIS REGIBUS.

## I. Cleri plebisque viduatae ciuitatis preces ad regem pro episcopo insitudo.

<sup>b</sup> Suggestio piissimo ac præcellentissimo domino III. regi a servis suis, quorum subscriptiones et s- gnacula subter tenentur inserta. Principalitatis, etc. (Marculf., l. I, c. 7).

<sup>a</sup> Vide præfationem Sirmondi in has Formulas Conc. Galliæ, tom. II, pag. 635.

## D II. Præceptum regis de episcopatu, ad episcopum designationem.

<sup>c</sup> Ille rex illustri viro illi., aut venerabili viro illi. Dum, juxta Apostoli dictum, omnis potestas sublimatur a Domino, etc. (Formul. Landenbrog. c. 4).

<sup>d</sup> Sirmondus, Conc. Galliæ tom. II, pag. 635.

<sup>e</sup> Ibid., pag. 636.